ipse ad utrumque redit. et de infirmitate et maiestate. et me scitis, i. effigiem vultus mei, et unde sim, nativitatem parentes, quod est secundum carnem me nostis, non secundum divinitatem, quia a me ipso non veni. Nesciebant esse filium dei, nec apostoli unitum nesciebant, et esse deum patrem, qui unus est cognitor, quamvis in ... sed non possunt scire sine filio. Ego scio eum. ergo a me quaerite. in me credite. quia nemo novit patrem nisi filius et cui filius voluerit revelare.

Hora non quod necessitas sit fati, sed opportunitas voluntatis. Voluit enim opportuno tempore nasci, promissa longa serie prophetarum, similiter praedicato evangelio opportuno tempore mori.

[Hierosoly]mis. Nonne hic
est quem quaerunt
interficere? et
ecce palam loquitur,
et nihil ei dicunt. Numquid
vere cognoverunt principes quia hic est Christus?
[sciunt filium esse]
Sed hunc scimus unde sit; Christus autem cum
venerit nemo scit unde sit. Clamabat
ergo Iesus docens in templo et dicens: Et me
scitis, et unde sim scitis: et a me ipso non ve-
ni, sed est verus qui misit me, quem vos
[nobis quidem] nescitis. Ego scio eum. Et si dixero quia nes-
[impossibilitate]
cio eum, ero similis vobis mendax. Sed ego scio eum, quia ab ip-
so sum, et ipse me misit. Quaerebant ergo eum apprehendere,
et nemo misit in illum manus, quia nondum venerat ho-
ra eius. De turba autem multi crediderunt in eum, et dicebant:
Christus cum venerit, numquid plura signa faciet quam quae
hic facit? Audierunt pharisaei turbam murmurantem de il-
lo haec, et miserunt principes et pharisaei ministros ut ap-
prehenderent eum. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc
modicum tempus vobiscum sum,
et vado ad patrem qui misit me. Quae-
retis me, et non in-
venietis, et ubi e-
go sum, vos non po-
[testis venire]

Sed ego scio quia ab ipso sum et ipse me misit. Breviter complectitur utrumque: ab ipso sum, quia filius a patre, et pater non est ab alio. In carne me videntes, quia ipse me misit. In quo ei magna quaedam auctoritas et similitudo naturae.

Adhuc modicum. quod quidam vultis post fieri esse, sed non modo, quia adhuc modicum tempus vobiscum sum quo dispensationem meam implere debeo, et tunc vado ad eum qui me misit. tunc patri debeo, et quem non vultis audire praesentem et miracula facientem, quaeretis me post resurrectionem et ascensionem cum tanta

Sed non ait ero, sed sum, quia Christus quod homo movetur loco, sed quod deus non movetur. tum ubique est, tum alibi filius hominis qui est in caelo, quod dicit loquens in terra, non ad ipsum.

Non autem non poteris sed non potestis. Tales enim tunc erant qui non possent sequi; sed alibi dicit Petro: Non potes me sequi modo, sequeris autem postea. Sic nec de illis datur desperatio.

Cum ignorantes prophetantes [?] replicantes eandem questionem ostendunt se ex ignorantia prophetasse, ut potius ignorasse videantur quam prophetasse.

Quidam diligere et credere et verbum dei audire. Affectu amoris et passibus fidei recedendo ab amore mundi.

tectis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos: Quo hic iturus est, quia nos non inveniemus eum? Numquid in dispersionem gentium iturus est et docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit: Queretis me et non invenietis, et ubi ego sum vos non potestis venire. In novissimo autem die magne festivitatis stabat Ihesus et clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus, quia Ihesus nondum erat glorificatus.

Interlinear glosses: Sancti. — Contra se suo. — Vel ita dum carnaliter intelligentes. — Non dum dixit ... nescientes ... — quod futurum erat nescientes, prius — ... per sanctam predicationem per apostolos — non iturus est ad gentes ut doceret — in gentes ad ... divisa dispersas. — Hic replicat. — Hoc est venire ad eum. — exponit ad quid predixit vocabulum — sancto. Quod post resurrectionem in sufflavit et post ascensionem in igneis linguis dedit. — accepturi. — Quia non- — resurrectione et ascensione.

miracula fiebant per apostolos in ea virtute ... credentium multitudo, non enim compuncti de tanto scelere mortis Christi dixerunt Petro: Quid faciemus?

Et bibat spiritum, ut post expositum, et cum biberit flumina aque vive fluent de ventre eius. Venter est conscientia cordis que bibito spiritu purgata vivit, et ipsa fontem, et ipsa est fons vel fluvius qui manat. Benivolentia: dum primo vult consulere qui sua bona sibi soli putat sufficere, ille fons non fluit.

Post dissensiones iudeorum de Ihesu et post verba que dixit quibus alii confunduntur, alii docentur. In ultimo die scenophegie vocat non invitando sed clamando ut qui sitit veniat ad eum.

Cum audiatis et tota libertate, primitus ex eo tempore quo apostoli domino crediderunt, semper eos habuisse spiritum sanctum nec potuisse signa facere absque spiritus sancti gratia, sed pro modulo et mensura. Unde salvator clamabat in templo dicens: Qui sitit veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Et in eodem loco infert: Non dum enim erat spiritus datus, quia Ihesus nondum erat glorificatus. Quod nunc non esset Spiritus sanctus dicitur salvatore, sed quod in spiritu sancto ...

Postquam autem baptizantur spiritu sancto et effunditur in eis gratia spiritus sancti, tunc libere loquuntur ad principes iudeorum: Oportet obedire deo magis quam hominibus; mortuos suscitant; flagella levantur; fundunt sanguinem et alii suppliciis coronantur. Non dum ergo erat spiritus in apostolis nec de ventre eorum fluebant gratie spirituales, quia non dum dominus fuerat glorificatus. Quod sit autem gloria Christi in sequentibus loquitur cum dicit: Pater clarifica me claritate quam habui apud te antequam mundus esset.

Non dum enim et sic cum Christo esset acceperunt eundem spiritum et iohes ...